

lampadianos, Zuinglianos, & totam Ana-  
baptistarum impudicam colluviem Har.  
Fabritij. pag. 189. a.

10. Iam verò *mutata* sive spuria isthac Confes-  
sio bis sic inflectit sermonem, ut quamvis haresin  
Sacramentariam apertè ipsa non approbet: Ver-  
borum tamen ambiguitate, optatum toti sentinae  
Sacramentariae latibulum præbeat.

11. Quæ quidem sola depravatio est illa Hele-  
na, sive Delila, quam Cryptocalvinistæ patrocini-  
o sibi querunt, ut sub furtivo Confessionis huius  
nostræ pallio, sese in reformatas Ecclesias ingerere  
queant.

12. Quæ causa fuit, ut Protestantes agrè hanc  
mutationem ferentes, Anno statim sequente 41. in  
Colloquio Ratisbonensî restitutionem ac redinte-  
grationem huius Articuli strenuè urserint: Quam  
ipse Philippus publicè ac solenniter præstitit, resti-  
tutis duobus illis membris (1. adsint & distri-  
buantur. 2. Et improbant secus docentes)  
quæ priùs privato ausu ille expunxerat. Histor.  
Conf. Aug f. 538.

13. Sed habent Φιλιππίζοντες, quo factò huius  
fucum facere, illudque excusare conantur: fingen-  
tes & criminantes 1. Prototypū errorem fovere Pon-  
tificium περὶ τῆς μεταστώσεως de Transsubstan-  
tiatione: propterea quòd partim Germanica edi-  
tio utatur phrasi Pontificia, vnter der gestalle  
des Brots vnd Weins: partim verò, quod